

SERIES ET REPERTORIUM TITULORUM
LIBRI I. DECRETALIU

- T**it. I. - De Summa Trinitate, & Fide Catholica. Præloq. tract. 1.
 Tit. II. - De Constitutionibus. d. tract. 1. per tot.
 Tit. III. - De Rescriptis. d. tract. 1. cap. 8.
 Tit. IV. - De Consuetudine. d. tract. cap. 9.
 Tit. V. - De Postulatione Prelatorum. tract. 3. cap. 2.
 Tit. VI. - De Electione, & Electi Potestate. d. tr. 3. cap. 1.
 Tit. VII. - De Translatione Episcopi. d. tract. 3. cap. 3.
 Tit. VIII. - De Autoritate, & Usu Pallii. d. tract. 3. cap. 1. à n. 574.
 Tit. IX. - De Renuntiatione. d. tract. 3. cap. 6.
 Tit. X. - De Supplenda negligentia Prelatorum. tr. 5. cap. 4. à n. 96.
 Tit. XI. - De Temporibus Ordinationum, & qualitate ordinandorum. tract. 4.
 Tit. XII. - De Scrutinio in ordine faciendis. d. tr. cap. 4. à n. 23. (per tot.)
 Tit. XIII. - De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, vel ab Excommunicato. d. tr. cap. 2. à n. 12. item à n. 44.
 Tit. XIV. - De Aetate, & Qualitate, & Ordine prescipientium. tr. 3. cap. 1. à n. 178. item lib. 3. tr. 1. p. 1. cap. 2. à n. 13.
 Tit. XV. - De Sacra Unctione. d. tr. 4. cap. 3. à n. 171. item à n. 185.
 Tit. XVI. - De Sacramentis non iterandis. d. tr. 4. cap. 5. à n. 4. item lib. 3. tr. 1. p. 2. cap. 1. sect. 2.
 Tit. XVII. - De Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non. d. tr. 4. cap. 6. sect. 1.
 Tit. XVIII. - De Sacerdotibus non ordinandis, & eorum manumissione. d. cap. 6. sect. 6.
 Tit. XIX. - De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. d. cap. sect. 7.
 Tit. XX. - De Corpore vitiatis ordinandis, vel non. d. cap. sect. 3.
 Tit. XXI. - De Bigamis non ordinandis. d. cap. 6. sect. 2.
 Tit. XXII. - De Clericis peregrinis. lib. 3. tr. 1. p. 1. cap. 1. n. 126.
 Tit. XXIII. - De Officio Archi-Diaconi. tr. 5. cap. 6. à n. 78.
 Tit. XXIV. - De Officio Archi-Presbyteri. d. tr. & cap. à n. 86.
 Tit. XXV. - De Officio Primicerii. d. cap. à n. 92.
 Tit. XXVI. - De Officio Sacriste. d. cap. à n. 92.
 Tit. XXVII. - De Officio Custodis. d. cap. à n. 97.
 Tit. XXVIII. - De Officio Vicarii. d. cap. à n. 36.
 Tit. XXIX. - De Officio & Potestate Judicis Delegati. d. cap. 7. per tot.
 Tit. XXX. - De Officio Legati. d. tract. cap. 4. à n. 41.
 Tit. XXXI. - De Officio Judicis Ordinarii. d. tract. cap. 6. per tot.
 Tit. XXXII. - De Officio Judicis. lib. 2. tract. 1. cap. 2. sect. 1.
 Tit. XXXIII. - De Majoritate & Obsequio. lib. 1. tr. 5. cap. 2. 3. 4. 5. per tot.
 Tit. XXXIV. - De Treuga & Pace. tract. 1. cap. 4. à n. 111.
 Tit. XXXV. - De Pactis. lib. 3. tract. 3. cap. 1. per tot.
 Tit. XXXVI. - De Transactionibus. d. tract. 3. cap. 7. sect. 1.
 Tit. XXXVII. - De Postulando. lib. 2. tract. 1. cap. 2. sect. 3.
 Tit. XXXVIII. - De Procuratoribus. d. cap. 2. sect. 4.
 Tit. XXXIX. - De Syndico. d. cap. 2. sect. 5.
 Tit. XL. - De His, quæ v. mutuove causâ fiunt. lib. 3. tr. 3. cap. 1. à n. 344.
 Tit. XLI. - De in integrum Restitutione. d. cap. 1. à n. 452.
 Tit. XLII. - De alienatione Judicii mutandi causâ factâ. lib. 5. tr. 3. cap. 1. à n. 148.
 Tit. XLIII. - De Arbitris. lib. 2. tr. 1. cap. ult.

TRAC.

TRACTATUS PRÆAMBULUS
DE
JURISPRUDENTIA
CANONICO-CIVILI.

Nulla in orbe literario Facultas est, quæ, priusquam ad arcanos recessus & intima penetralia concedat accessum, in vestibulo suos aut cultores aut alumnos paulisper non detineat, ut, tanquam hospites & peregrini præambulo quodam discursu de natura, indole, & prærogativis illius Facultatis edoceantur. Quem morem Jurisprudentia mea Canonico-Civilis ad modum & mentem Jcti Caij in *l. facturus i. ff. de O. J.* imitata, Lectores suos, antequam ad intimiora penetrent adita, parumper in limine detinet, quatenus illius habitum, genium, & dotes addiscant. Sit igitur

CAPUT I.

De Natura Jurisprudentiæ Canonico-Civilis.

Jurisprudentia neque tam singularis est, ut in quibusdam prædicatis cum aliis habitibus non communicet; neque tam vulgaris est, ut speciales sibi titulos non vindicet. Itaque naturam Jurisprudentiam rimaturi, tam ea, quæ communia, quam illa, quæ sibi propria facit, discutiemus.

SECTIO I.

De Jurisprudentia in genere.

SUMMARIA.

1. & 2. Descriptio Jurisprudentia quoad vocem & rem. 3. & seqq. Decetur, & demonstratur, Jurisprudentiam esse scientiam. 8. & 9. Afferitur, & probatur, Jurisprudentiam esse compellari artem. 10. & seqq. Concluditur, & ostenditur, Jurisprudentiam neque intelligentiam neque sapientiam esse. 13. Jurisprudentia est practica. 14. Est una & completa scientia. 15.

Est nulli alteri subalternata. 16. Est naturalis habitus. 17. Describitur Jurisprudentia Naturalis. 18. Describitur Positiva. 19. Divina. 20. Et Humana. 21. & seqq. Distinguitur de concursu Jurisprudentia Naturalis & Positiva declaratur. 24. & seqq. Exponitur Jurisprudentia theoretica & Practica. 28. & seqq. Referuntur, & resulantur alia species.

§. I.

Quid sit Jurisprudentia?

Jurisprudentiam esse vocabulum, compositum ex *Jure* & *prudentia*, constat ex nomine. Et quia *Jus* quoad præsentem acceptio-

nem nihil aliud est, quam *Lex* aut *regula* justæ operationis; prudentia verò est habitus cum recta ratione activus; consequitur, *Ju.* 2
rispu-

risprudentiam esse habitum, in id intentum, ut cum recta ratione juxta Leges & regulas justæ operationis actiones hominum dirigantur.

3 Ut tamen generica Jurisprudentiæ natura penitus intelligatur, lubet inquirere I. utrum sit Scientia? Ubi sine scrupulo

3. affirmativè. Ita cum nostris Clarissimis Salisburgenfibus, D. Joanne Balthafaro Braun in *Jurisprud. in genere & in specie cap. 1. §. 3. n. 10.* D. Josepho Bernardo Gletle in *Jurisprud. fundament. lib. 1. tit. 1. cap. 1. §. 10. n. 24.* D. Ernesto Friderico à Someting ad *lib. 1. Inst. tit. 1. p. 2. §. 3. min. 19.* D. Josepho Bonaventura Franz ad *tit. 1. Inst. de J. & F. p. 1. §. 2. n. 6.* docuit P. Gibalinus *scientia Canon. lib. 1. cap. 2. quest. 2. n. 4.*

4 Ratio est: quia Jurisprudentia, quoad omnes species considerata, format cognitionem rei certam & evidentem per causam, formandò demonstrationes de objecto suo undequaque perfectas. Sic enim Jurisprudentia Naturalis tam præcepta affirmativa v.g. DEUM esse colendum, parentes honorandos, fidem servandum &c. quam negativa, v.g. furtum, adulterium, homicidium &c. non esse committendum, perfecte demonstrat ex illo principio immutabili: *bonum faciendum, malum fugiendum est.* Sic Jurisprudentia Canonica ex illo inconcussò principio, quòd Summus Pontifex habeat Jurisdictionem spiritualem in omnes Christianos, evidenter demonstrat, Imperatores quoque, Reges, & Principes Legibus Pontificiis in materia spirituali subjectos esse.

6 Sic Jurisprudentia Civilis ex simili principio, non minus immoto, quòd actus, contra formam à Legibus præscriptam positus, non subsistat, luculentè demonstrat, testamentum soleane, coram 5. testibus confectum; donationem ultra 100. solidos, ad acta non insinuatam; conventionem onerosam pupilli, sine tutoris autoritate celebratà &c. non valere.

7 Confirmatur. Si Jurisprudentiæ quidpiam decisset ad dignitatem Scientiæ, id vel esset mutabilitas Legum & Canonum; vel singularitas & varietas actionum

humanarum. Atqui nec mutabilitas nec singularitas obest dignitati scientiæ. Non illa; præterquam enim, quòd Lex Naturalis sit immutabilis, insuper Canones & Leges positivæ solum mutantur quoad existentiam, quoad essentiam verò conveniunt cura immoto dictamine sanæ rationis: non ista; utpotè cum Jurisprudentia non tractet actiones humanas quæ singulares, sed quæ universales. Nihil itaque deest Jurisprudentiæ, quò minus elevetur ad dignitatem Scientiæ.

Lubet inquirere II. utrum Jurisprudentia rectè dicatur Ars?

3. affirmativè. Ita Jctus Ulpianus in *l. Furi operam 1. in pr. ff. de J. & F.* ibi: *ut eleganter Celsus definit, Jus (intellige Jurisprudentia) est ars æqui & boni.* Ita DD. Salisburgenfes supra relati, D. Braun n. 9. D. Gletle n. 7. D. Franz n. 5.

Ratio est: quia Jurisprudentia exercet officium, quòd exercent artes aliæ; efficit nimirum actiones humanas justas, & quidem cum recta ratione, prout efficere solet. Ars, ceu habitus, cum recta ratione factivus.

Lubet inquirere III. utrum Jurisprudentia possit aliis habitibus accenferi, v.g. Intelligentiæ vel Sapientiæ?

3. negativè. Ratio est: quia inprimis Intelligentia est habitus primorum principiorum, quæ demonstratione non egent. At Jurisprudentia (saltem si Naturalem excipiamus, quæ propinquius ad prima principia practica: *bonum est faciendum; & malum fugiendum &c.* accedit) non est habitus primorum principiorum, sed potius prima principia supponit, atque ex illis remotè suas deducit conclusiones. Ergo &c. Deinde Sapientia progreditur ad altiora; nec tantum feratur objecta sublimissima, sed etiam aliarum Facultatum principia aggreditur. Quòd sanè Jurisprudentia non facit, sed actiones humanas atque negotia inferioris ordinis ita considerat, ut intra proprios se contineat limites, & saltem in aliarum Facultatum segetes aut principia non immittat. Ergo &c. Conf. D. Braun *cit. l. n. 6.* D. Gletle n. 5.

§. II.

Quales proprietates habeat Jurisprudentia?

13 **EX** proprietatibus, quibus Jurisprudentia respicienda, prima est, quòd habitus sit practicus: nec enim sectatur vulpanferes; nec velle lanam caprinam; nec inania intellectus phantasmata perquiri; nec etiam subtilioribus speculationibus delectatur; sed regulas & gnomas in eum tradit & ordinat finem, ut homo per actiones Legibus conformes justitiam assequatur. Gibalinus *scientia Canon. cit. lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 15. & seqq.*

14 Secunda est, quòd unam, integram, & completam scientiam constituat: agnoscit siquidem objectum unum, integrum, & distinctum ab objectis aliarum scientiarum, actionem scilicet justam, & quidem sub medio & motivo profus æquali & uno: idcirco unitate & inte-

gritate scientiæ completæ gaudet. Gibalinus *d. l. q. 3. n. 20. & seqq.*

Tertia est, quòd emineat tanquam absoluta scientia, nullique alteri propriè subalternata: quàm plurimis namque principiis domesticis, ex quibus conclusiones suas deducit, abundat; nec alterius scientiæ foris pulsare, aut illius opulentia vel nobilitate ditari vel nobilitari cogitur. Gibalin. *d. l. q. 4. n. 7.*

Quarta est, quòd numerari debeat inter scientias naturales etiam quoad Jurisprudentiam Canoniceam, utpotè quæ, licet principis, lumen naturæ superantibus, noscitur instructa, modum tamen docendi ducendique conclusiones ex principis naturalem adhibet. Gibalinus *d. l. q. 2. n. 3.*

§. III.

§. III.

Quotplex sit Jurisprudentia?

71 **C**eleberrima Jurisprudentia divisio est, quæ displicetur I. in Naturalem & Positivam. Jurisprudentia *Naturalis* est habitus scientificus & practicus, ab Authore Naturæ rationali creature inditus, vi cujus intelligit Leges Naturales, quæ scilicet præcipiunt objecta, ab intrinseco bona, & prohibent objecta, ab intrinseco mala; de quibus in *Lib. I. Tract. I. de*

18 *Jure Legalis* tot. cap. 2. agemus. Jurisprudentia *Positiva* est habitus scientificus & practicus, humano studiò acquisitus, circa Leges, liberè promulgatas, occupatus; abique rursus in Jurisprudentiam Divinam & Humanam.

19 Jurisprudentia *Divina* scrutatur Leges, à DEO, tanquam Authore supernaturali, liberè sancitas: quæ professio, cum Theologis sit propria, à nobis impræsentiarum non suscipitur, sed, quantum Jurisprudentia necessaria est, in *cit. 20 Tract. cap. 3.* paulisper delibatur. Jurisprudentia *Humana* est, quæ Leges aut Ecclesiasticas (utl Jurisprudentia Canonica) aut Sæculares, (veluti Jurisprudentia Civilis) explicat; de quibus in *cod. tract. cap. 4. & seqq.* sermone faciemus.

21 Solent hic Jcti tradere varias regulas, quomodò Jurisprudentia Naturalis & Positiva simul conciliari & combinari debeat: ajunt enim, quòd Jurisprudentia Naturalis, tanquam superior, primatum obtineat præ Jurisprudentia positiva: unde consequitur, inferiorem cedere Superiori, illamque, si penitus deficiat, aut subobscura videatur, ab ista subsidium & illustrationem petere debere.

22 Sed quia Jurisprudentia Naturalis, quatenus in explicatione memorata sumitur, aliunde non potest à positiva superari: hinc eò duntaxat sensu capienda erit antecedens doctrina, ut Jurisprudentia Naturalis, improprie talis, intelligatur; illa nimirum, quæ versatur circa materias, de quibus à Lege Naturali nihil determinatè fuit statutum, sed quasi conditionatè provium, ut, spectatà naturà, tandem pro Lege habeatur, quàm diu Potestas humana nihil aliud statuerit. Nihilominus, ut notat accuratissimus D. Braun in *Jurisprud. in gen. & specie p. 2. cap. un. §. 1. num. 2.* de illis, quæ huc pertinent, non semper ex integro convenit inter eruditos: pendent siquidem ab ingenii perspicacitate, & judicii maturitate; quæ, quàm mirè variet in hominibus, nemo non novit. Ut proinde tutior longè sit recurfus ad Leges positivas; in quibus æquitas naturalis quàm maxime relucet, &, quia scripta est, longis paranginis præferri debet æquitati cerebrinæ, seu verius cerebrinæ, quæ non solum Utriusque Juris constitutiones, tot curis & vigilis elaboratas, dolose subvertit, sed etiam ob naturalem diffidenti facilitatem confusionem & contradictionem maximam in Dicastris monitrosè prognerat. Conferatur Vinn. *select. quest. lib. 1. cap. 2.*

Non ignobilis quoque Jurisprudentiæ divisio reputatur, quæ II. secatur in theoreticam & practicam. *Theoretica* dicitur, quæ solum principiorum & præceptorum Juris notitiam exhibet. *Practica* nuncupatur, quæ principia & præcepta Juris, antehac jam cognita, deducit in usum, & applicat ad actus & actiones humanas.

Utraque tam arctam inter se cognationem inicit, ut neutra possit ab altera commodè separari. Quantumvis enim studiosi Juris theoriæ vulgò dicantur vacare; postmodum, ubi manum ultimam imposuerint Legum & Canonum studio, primùm ad praxim admittendi: vix tamen in theoria plenam Jurium notitiam haurire poterunt, nisi per varios casus & facti species, ut vocant, practica docendi methodus adhibeatur.

Hinc in oratione quadam perelegantè peroravit noster D. Braun: theoria praxi, praxi theoriæ fideliter, connubiò socianda est, ut altera alterius situ vivat, alterius succò vigeat. Non bene videt praxim, qui caret conspiciendis theoriæ; nec rectè audit theoriæ, qui tantum audit theoriæ. Theoria Leges in scholis deglutit; praxi in foro digerit: illa explicabit Jura; hæc applicabit; illa argumentis feriet, hæc securibus: illa præbit, hæc sequetur.

Quòd si existimes: eundem habitum non rectè specellari practicum & speculativum. Scire necessum habes, habitum, quatenus est docens, theoreticum; &, quatenus est utens, practicum appellari posse: id, quòd absurdum non esse, patet ex aliis Facultatibus.

Referunt alii divisionem aliam, & Jurisprudentiam in historicam, empiricam, ac rabulariam displicunt. Sed degeneres has species legitima non agnoscit Jurisprudentia. Nam Jurisprudentia *historica* constat ex sola Legum & Canonum notitia; non intelligit rationem & sensum, sed textus solummodò recitare novit è memoria.

Non itaque Jurisprudentiam, sed Leguleios prognerat: quoniam attestante Cello in *l. scire 17. ff. de LL.* scire Leges, non est, earum verba tenere, sed vim ac potestatem.

Jurisprudentia *empirica* non nitiatur Legibus & Canonibus, sed praxi duntaxat, usu, experientia, observantia. Ergo genuina de prædicari nequit, utpotè eum praxi absque theoria sit cæca; &, ut monet Imperator in *l. nemo Jure 13. Cod. de Sentent. & interlocut.* non exemplis sed Legibus judicari debeat. Jurisprudentia *rabularia* non est habitus prudentiæ, sed imprudentiæ: siquidem Leges, alioquin castissimas, adulteratur amicam Legibus simplicitatem pervertit, clarissimum veritatis lumen obscurat, justitiam efficit venalem, ex eo duntaxat sine & motivo, ut privatum consodium & proprium marsupium impinguecat. Videatur D. Braun *cit. cap. un. §. 2. per tot.*

SECTIO II.

De Jurisprudencia Canonica.

SUMMARIUM.

92. & seq. Erymologia Jurisprudencia Canonica. 34. & seq. Synonymia. 38. Definitio. 39. & seq. Divisio actionum hominum Christianorum. 42. Adjustitiam & felicitatem supernaturalium. 43. Hauritur ex Libris Canonici. 44. Recensentur illi, qui continentur in Corpore Juris Canonici. 45. & seq. Adstruitur, & commendatur Decretum Gratiani. 55. Immissentur illius palea. 56. & seq. Explanantur Decretales. 58. & seq. Sextus. 60. & seq. Clementina. 62. Extravagantes. 63. & seq. Septimus Decretalium. 65. Proponitur quaestio de auctoritate horum librorum. 66. & seq. Decretales, Sextus, & Clementina sunt authentica. 73. & seq.

Item Extravagantes. 75. & seq. Non autem Septimus Decretalium. 77. & seq. Decretum Gratiani ex toto non est authenticum. 80. & seq. Revocatur ad primam auctoritatem. 83. & seq. Rubrica sunt authentica. 90. & seq. Inscriptiones nihil probant. 94. Summaria Capitulorum, & 95. Glossa habent auctoritatem probabilem. 96. & seq. Agitur de correctione & derogatione. 101. & seq. Modus citandi declaratur. 105. Extra Corpus Juris sunt Concilia. 106. Bullarium Magnum. 107. Regula Cancellaria. 108. Decisiones Rota Romana. 109. & seq. Canonum Apostolicorum auctoritas examinatur.

§. I.

De Natura Jurisprudencia Canonica.

- 1 Jurisprudencia Canonica suum etymon à græco verbo *canon* derivat, & latine regulam, seu normam & modum recte vivendi significat, notante D. Ilidorò in *cap. canon 1. cap. 3. regula 2. Dist. 3.* Et licet eodem nomine salutari possit Jurisprudencia Civilis, quod formam in societate civili ritè converlandi præscribat: singulari tamen ratione & excellentia titulus iste debetur Jurisprudencia Canonica: cum & potestatem multò sanctiorem, & finem longè Diviniorem, & regendi formam oppidò tutiorem præsupponat.
- 2 Vocatur aliàs Jus Canonicum, Jus Sacrum, SS. Canones *cap. Nicæna 12. Dist. 3. 1. cap. nobis 25. de Jure Patronat. cap. intelleximus 1. de N. O. N. l. omni 6. l. privilegia 12. in pr. Cod. de SS. Eccles. auct. statimus in pr. Cod. de Episc. & Cleric. non solum quia à persona sacra Canones feruntur; sed etiam quia sacras & sanctas personas efficiere conatur. Vocatur quoque *Jus Pontificium*, à suo videlicet authore, Summo Pontifice, cujus autoritate Jus Canonicum ordinatur, disponitur, & promulgatur. Vocatur etiam *Jus Ecclesiasticum*, quia versatur circa res & personas Ecclesiasticas *cap. Ecclesia 10. de Constitut.* Vocatur denique Jus Divinum *cap. inter corporalia 2. de Translat. Ep. cap. qualiter & quando 24. de Accusat. cap. cum de diversis 2. de Privileg. in 6. vel quia ex SS. Litteris, tanquam Divina Veritatis & Sanctitatis Oceano, SS. Canones, tanquam flumina, dimanarunt; vel quia potestate, Divinitus Ecclesie concessa, à Christi in terris Vicario statuuntur. Gonzalez in *apparatu de orig. & proc. Juris Can. num. 29.***
- 3 Describi potest, quòd sit habitus practicus

& scientificus, dirigens actiones hominum Christianorum ad justitiam & felicitatem supernaturalem.

Dixi I. dirigens actiones hominum Christianorum. Nam quia SS. Canones & Leges Ecclesiasticæ non obligant alios, quam homines Christianos, per baptismi receptionem Ecclesiasticæ Jurisdictioni subiectos: Jurisprudencia Canonica quoque non dirigit actiones alias, quam hominum Christianorum.

Equidem & A Catholicis Christianorum character se insignitos esse non incipientur; Jurisprudenciam tamen Canonicam in suis terris per SS. Canones archius constringatur. Verùm, sicut in arbitrio subdò non stat, Summo in terris Capiti & Christi Vicario concessam à DEO potestatem eludere: ita conatu proliis irritò Jurisprudencie Canonice vim directivam subterfugere student: quippe cum SS. Canones, ab Apostolis per Summos Pontifices ad hæc usque tempora propagati, nullam ab obligatione sua patiantur immunitatem, à proprio cerebro vel contumacia promanantem.

Dixi II. ad justitiam & felicitatem supernaturalem. Nam idem est finis, idem objectum, Jurisprudencie Canonice, qualis finis & quale objectum est Legis Canonice & Potestatis Ecclesiasticæ. Sed finis & objectum tum Legis Canonice tum Potestatis Ecclesiasticæ est justitia & felicitas supernaturalis *cap. solita 6. de M. & O. Ergo &c. Gibalinus scientia Canon. lib. 5. cap. 1. q. 2. & 3.*

§. II.

Ex quibus Libris intra Corpus Juris Canonici haurienda sūt Jurisprudencia Canonica?

- 4 Jurisprudencia Canonica non ex aliis fontibus est haurienda, quam ex Libris, in qui-

bus SS. Canones & Leges Ecclesiasticæ continentur.

HT

- 44 Hi Libri vel continentur in Corpore, ut vocamus, Juris Canonici, vel extra versantur. In Corpore Juris Canonici continentur sequentia volumina: Decretum Gratiani, Decretales Gregorii IX. Sextus Decretalium, Clementina, Extravagantes Joannis XXII. Extravagantes Communes, Liber VII. Decretalium.

45 Decretum Gratiani est volumen, in quo Gratianus Monachus, Ordinem Divi P. Benedicti in Monasterio S. Felicis Bononiæ Professor, antiquos Canones; decreta Conciliorum, generalium & particularium; constitutiones Summorum Pontificum; Sanctorum Patrum sententias; & Leges Civiles collegit, ac præsertim propriam & privatam opinionem appo-

46 sult. Hæcque collectio, licet in tempore postrema, primatum tamen præ aliis & antiquioribus, quas Authores varii, præsertim ex Ordine Benedictino, ut pura Martinus Bracharensis, Isidorus Hispalensis, Burchardus Wormatiensis, Anselmus Lucensis, Archi- & Episcopi congesserunt, merita, in orbe literario servata, in Corpus Juris recepta, in Athenis exposita, ac præcipue Bononiæ pro Jure Canonico explicata fuit. Factum hinc, ut Professores Juris Canonici Magistri & Doctores Decretorum sint appellati. Franciscus de Roje *Instit. Jur. Canon. in præm. pag. 5.*

47 Non equidem melacet, reperiri nonnullos, tum Catholicos, tum A Catholicos, qui cum Carolo Molinæ, quem citat, minime tamen sectatur Gibalinus *scientia Canon. lib. 5. cap. 10. q. un. n. 30.* Decretum Gratiani, seu fœculentum, centonatum, inconditum, & confusum proficiant, ipsòque Juris Corporo velint expungunt. Nescio tamen, quò zelo, affectu,

48 & merito. Non damnandos, sed laudandos illorum conatus esse, sanior pars semper existimavit, qui, licet ad omnium vota sua non consererint opera, conficere tamen studuerunt. Ceteroquin potiori titulò non compilatores tantùm, sed Augustissimum quoque Pandectarum & Codicis Authorem, Justinianum, censoria Momorum virgula perstringere deberet, quòd multa in Digestis & Codice ratione ordinis, claritatis, & methodi desidererentur, quæ secundas & iteratas curas exigent.

49 Non deessent frequentiorum perinde ac nobiliorum DD. encomia, quibus Gratiani Decretum extollunt. Sed aliorum cerusã non indiget, quòd seipsum commendat opus, materia, quam tractat, utilitate; ordinis, quem servat, concinnitate; Pontificum, quæ respicit, autoritate.

50 Utitur materia tanta est, quanta in cæteris Juris Canonici partibus: utpote cum tota ferè Juris hujusmodi scientia in Decreto continetur. Ordinis concinnitas ex materia partitione relucet: nam in I. Decreti parte per centum & unam Distinctiones de Jure Legali in genere, & in specie; de origine, differentia, & requisitis Officiorum & Ministeriorum Ecclesiasticorum; de examine, moribus, ordine, qualitibus, & impedimentis ordinariorum & pro-

movendorum; de vita, honestate, & obligatione Episcoporum & Clericorum; de illorum ordinatione, promotione, electione &c. agitur: in II. parte per XXXVI. causas ea, quæ pertinent ad judicia, personas judiciales, & controversias, tum inter Ecclesiasticos tum inter Laicos moveri solitas, examinantur; subjunctò & immixtò Cause XXXIII. tractatu de Penitentia: in III. parte per V. distinctiones de Consecratione personarum & rerum sacrarum, nec non Ecclesie Sacramentis operose tractatur.

Pontificum Authoritatem; partim Gregorii XIII. epistola, Decreto præfixa; partim aliorum Pontificum repetita Decreti citatio, uti videre licet in *cap. relatum 1. de Testament. cap. nobis 15. de Jure Patronat. cap. continebatur 6. de Depositar. impub. Clem. un. de consequenter de Jurejurand. manifestam facit. Quin, tacentibus etiam hominibus, saxum pervetustum, in sacario Ecclesie Monasterii S. Felicis Bononiæ, perhibente sic Emmanuele Gonzalez in *apparatu de orig. & proc. Jur. Can. n. 48.* reconditum, sequentibus verbis elogium Decreti canit:*

Hæc habe partem Lector, reverenter adito; Namque luci Monachus Decretum hic condidit hujus,

Divinum Gratiani opus &c.

In recensito Gratiani Decreto reperuntur quedam capitula, palea dicta, non quòd res leves sint, velut nonnemo putavit (res enim momentosas in paleis subinde tractari, constat vel ex solo *cap. Constitutus 13. Dist. 96.*) sed quòd additiones sint aliecuus ex discipulis Gratiani, qui Palea nominabatur; aut nomen traxerint à Gratiano, qui Viri quisdam Eminentissimi scholia, in suum Decretum conscripta, paleas esse dicebat, sed non de suo grano. Videantur Fagnanus in *cap. Canonum statuta 1. de Constitut. n. 44.* Engel in *proem. Juris Canon. n. 6.* Wiestner *ibid. num. 92.* Reiffenstuel *ibid. num. 85. & seq.*

Decretales Gregorii IX. Pontificis Maximi sunt volumen, ejusdem Pontificis jussu maximam partem ex Decretalibus epistolis & responsis Summorum Ecclesie Antistitum à D. Raymundo de Pennafort, Ord. Prædicatorum, illius Poenitentiario, Capellano, & antehæc Bononiæ SS. Canonum Professore, confectum; atque in V. libris distributum, in quorum I. de Prelatorum & Ministrorum Ecclesie ordinatione, provisione, & potestate; in II. de Judiciis & Processu Judicario; in III. de Personis, Obligationibus, Rebus, & Juribus Ecclesiasticis; in IV. de Sponsalibus, Matrimonio, & Impedimentis; in V. de Delictis eorumque poenis agitur.

Dixi: à D. Raymundo de Pennafort &c. consermiter Bullæ Gregorii IX. ante Decretales positæ; ad confundendum & confutandum heterodoxorum errorem; qui compilatorem alium, Doctorem nempe Parisiensem, infero rogo mancipatum, confingunt; de quo plura citatus P. Wiestner n. 100.

Sextus Decretalium, autoritate Bonificii VIII. Pontificis ad imitationem V. Decretalium,

lium, rursus in V. Libros, sed pauciores titulos, est divisus, & mens Summorum Pontificum, qui præferunt Ecclesiæ à Gregorio IX. usque ad memoratum Bonifacium VIII. nec non utriusque Concilii Lugdunensis constitutionibus instructus, operâ & studio Guilielmi Archi-Episcopi Ebrudunensis, Berengarii Episcopi Bitterrensis, & Richardi de Senis S. R. E. Vice-Cancellarii.

59 Possent hic quorundam criminationes, in Bonifacium VIII. calumniosè effusas, exentare: sed, quia hoc munus egregiè præstitit Clariff. D. P. Petrus Guetrather ad Librum VI. Decretalium in *provincialis apparatus* à n. 8. ablinco; eò solum elogiò contentus, quòd idem Bonifacius Immunitatis Ecclesiasticæ Vindex acerrimus & intrepidus extiterit.

60 Clementinis, nomè à Clemente V. acceperunt, non quia Clementis autoritate sunt publicatæ (publicatæ siquidem sunt post illius obitum à Joanne XXII.) sed quia non alios, quàm illius Clementis, constitutiones, partim ante, partim in- & post Concilium Viennense conditas, referunt, ut constat ex præfatione & Bulla ejusdem Joannis XXII. Clementinis præ-

61 miffa. De cætero servatur eadem partitio in Clementinis quoad libros & titulos, quæ in voluminibus antecedentibus, addè tamen, ut pauciores adhuc tituli, quàm in Sexto, reperiantur.

62 Extravagantes inde creduntur denominatæ, quòd olim extra Corpus Juris Communis incertò quasi lare vagatæ; successu temporis sedem ad domicilium in eodem Corpore sine adeptæ. Et quidem ab initio ponuntur Extravagantes Joannis XXII. Deinde subjunguntur Extravagantes communes diversorum Pontificum. Series librorum ac titulorum, etiam minores sint numerò, in illis & illis æmulator feriem Decretalium.

63 Septimus Decretalium, à Petro Mathæo JCro Lugdunensi eadem methodò concinnatus, non in antiquioribus, sed recentioribus tantùm exemplaribus, locum in Corpore Juris, non tam autoritate publicâ, quàm privatâ typographorum, occupat. Alterius septimi meminit Fagnanus in *cap. eum venissent de Judio*. n. 61. & 63. qui Summorum Pontificum decretò jam ultimam manum in compositione & impressione viderat, lucem publicam tamen non aspexit, ob periculum, ne Jurisperiti ad Decreta Concilii Tridentini, huic Septimo inserta, contra inhibitionem P. IV. commentarios & glossas eoderent. P. Plettenberg in *introd. in Jus Can.* cap. 25.

64 Occurrunt hic dubia non pauca, strictim examinanda. Primum est: utrùm hæcenus enumerati Libri vim decisiivam habeant? Seu, quod idem est, utrùm in schola & foro eadem possint efficacia citari, ut & Professores in typis, dictis, & scriptis, & Judices in causarum decisione morè illis gerere, & assurgere teneantur?

66 Ut certa separemus ab incertis, certum existimo I. Decretalibus Gregorii IX. Sexto Decretalium, & Clementinis vim decisiivam quo-

ad omnes constitutiones inesse. Ratio est: quia, ut alicui constitutioni vis inest decisiiva, hoc solum requiritur, ut lata fuerit à Legislatore, qui potest & vult obligationem absolutam tribuere. Sed constitutiones, in prænominati Voluminibus comprehensæ, latae sunt à Legislatoribus Apostolicis, qui haud dubiè poterunt, & sicuti constat ex Bullis præcialibus, voluerunt obligationem absolutam tribuere. Ergo &c.

Neque dicas I. de voluntate Summorum Pontificum quoad universalem obligationem sufficienter non constare: quandoquidem Decretales cum Sexto & Clementinis ad solos Doctores & Scholares, Bononiæ commorantes, ab initio transmissas esse, Bullæ præcialibus luculenter perhibent.

Ne enim, hæc authentica Juris volumina Bononiam ea de causa primitus fuisse directæ, quia studium Utriusque Juris eæ tempestatè nullibi florebat amplius, quàm Bononiæ; unde, sicuti Doctores ad alias postmodum Universitates aliarum Nationum sunt digressi, sic eadem secum Volumina alii Universitatibus secum fecerunt & publica. Serviant hæc dicenda in *Lib. I. Tract. I. de Jure Leg.* cap. 5. num. 20.

Neque dicas II. epistolas Decretales ab initio non habuisse vim Legis, sed rescripti particularis, quatenus ad instantiam Judicum aut partium pro casibus particularibus à SS. Pontificibus emanarunt.

Neque dicas III. in Decretalibus extare multa capitula, non ex decisione Pontificia, sed ex SS. Patribus aut Conciliis particularibus deprompta v. g. *cap. Canonum 1. cap. traslado 2. cap. nam concupiscentiam 3. de Constitum. cap. Ofus 2. de Elect. cap. nullus 2. cap. sanè 3. de Foro comper. cap. ignarus 1. de Lib. oblat. cap. placuit 1. de Testib. cap. ex studiis 3. cap. scribam 9. de Præsumpt. cap. omnis anima 2. de Constit. cap. evidentiis 9. de Accusat. cap. omnis 1. cap. estote 2. cum 2. segg. de R. F.* Nam

capitula post relationem in Corpus Juris non amplius considerari juxta primævam autoritatem, sed autoritate Pontificia censiè donata: omnia siquidem nostra facimus, quibus nostram impertimur autoritatem *cap. si Apostolica 22. de Præbend. in 6. l. DEO auctor 1. §. 6. Cod. de V. F. E.*

Certum existimo II. Extravagantibus quoque plenam decidendi vim constare. Nam Extravagantes Joannis XXII. hujus Pontificis mandatò Corpori Juris incorporatas fuisse, cum Vallensii in *proem. Jur. Can.* §. 8. n. 10. testatur

statur

statu P. Wiestner in sua *dissertat. proem. n. 103.*
74 De Extravagantibus communibus quidem non habetur compertum, an & eusdem Pontificis ordinatione Corpori Juris accesserint: quia tamen sunt constitutiones Summorum Pontificum, ac quietam semper in eodem Juris Corpore possessionem continuarunt, nec non in tribunalibus & athenis pro authenticis fuerunt allegatæ: saltem ex prærogativa tam longævè temporis plenissimum robur acceperunt. P. Engel in *proem. Jur. Canon. num. 10. in f.*

Certum existimo III. Librum Septimum Decretalium autoritate decisiivâ non gaudere. Nam licet non alias, quàm Summorum Pontificum constitutiones, exhibeat: attamen, cum à nullo Summorum Pontificum sit approbatus, vel promulgatus, neque, quòd illæ constitutiones pro suis authoribus agnoscant Supremos Ecclesiæ Principes, ex solâ compilatoris assertionem concludenter probetur: idèò nequit ex se solo velut authenticis

testimari. Faciet hæc itaque, quod Innocentius III. in *cap. pastoralis 8. de Fide Instrum.* ad Hellensem Episcopum rescripsit: *ut, si aliqua decretalis, de qua Juxta merito dubitet, allegatur, si eadem Juri Communi sit confusa, sciendum eam non metuas judicare: cum non tam ipsius, quàm Juri Communi autoritate procedere videatur: verum, si Juri Communi sit dissosa, sciendum ipsam non judicare, sed Superiorem consulat super ea.*

77 Incertum e contra, multùmque controversum est inter Canonistas: habeatne Decretum Gratiani valorem authenticum? Ubi tamen, omiffis aliorum sententiis, Recentiorum opinionem cum Gonzalez in *apparatu n. 49. & seg. amplector, & dico, Decretum Gratiani non esse authenticum ex toto; tum quia continet multa SS. PP. testimonia; non paucas Conciliorum particularium constitutiones; aliquot Juris Civilis Leges; non raras quoque & privatas Gratiani sententias; quibus omnibus Legalem spiritum tribuere, Gratianus, velut homo privatus, non potuit: tum quia à nullo Summorum Pontificum Decretum reperitur approbatum, ne quidem à Gregorio XIII. per epistolam, Decreto præmissam, utpote que novam illi vim & virtutem non confert, sed emendationem illius duntaxat, dignitatem, ac utilitatem deprædicat: tum denique quia Decretum autoritate Pontificiâ non fuit inchoatum, aut consummatum, sicuti Decretales Gregorii IX. proindeque non eandem cum Decretalibus virtutem habere potest.*

80 Decretum itaque revocandum est ad primævam autoritatem, tantaque vis cuilibet Constitutioni tribuenda, quantum à suis authoribus emutatur potuit. Nempe Conciliorum Generalium & SS. Pontificum ordinationes autoritatem decisiivam non minùs habent, quando citantur ex Decreto, quàm si ex Decretalibus aut aliis Codicibus allegentur *cap. si Romanorum 1. Dist. 19. quo in puncto neminem fortassis erit reperire, qui dissentiat.*

SS. Patrum sententias æquè authenticas esse, non pauci cum Panornitano in *cap. ex parte 2. de Rescript. n. ult. Felino ibid. n. 44. Fagnano in cap. Canonum 1. de Constit. n. 46. contendunt per textum in cap. de libellis 1. Dist. 20. cap. Jure quidam 6. cap. contra 7. cap. omne quod 8. cap. prima salus 9. XXX. q. 1. Sed quia ex una*

parte SS. Patres Legislativâ potestate pro universali Ecclesiâ non fuere præditi; ex altera verò parte non rarò in suis placitis exitère discordes, velut constat ex *cap. unius 1. cap. unius 2. Dist. 26. probabilem duntaxat autoritatem illis assignamus, & capitula contraria intelligimus de rebus fidei, in quibus unanimis aut potior SS. PP. sensus & consensus pro regula suscipitur. Plettenberg in *introd. ad Jus Can.* cap. 20. n. 3. & 4. Concilia par-*

63 ticularia eandem habent prærogativam in Decreto, quam extra, nec alios obligant, nisi subditos in locis, pro quibus sunt conditæ. Leges Civiles ex eo, quòd translatae sint in decretum, non canonizatae, sed, nisi à Pontificibus speciale obtineant approbationem, ut in *cap. in primis 7. §. quod autem & segg. circa fin. II. q. 1. in antiquo vigore sunt relicte: eaque propter non aliter obligant Ecclesias aut personas Ecclesiasticas, quàm ceteræ Leges Sæculares, de quibus in *tract. 1. de Jure Leg.* cap. 7. à n. 47. Privatae Gratiani sententiæ æ-*

85 quivalent alterius privati Doctoris opinioni. Et, licet aliquot ex illis tamen erroneæ rejiciantur à quibusdam: nefcio tamen, an bene; siquidem errores tam enormes & patentes reperire vix licebit, quibus excusandis ratio vel explicatio non suppetat. Videantur ex nostra Facultate Juridica Clariffimi DD. Antecessores & respectivè Collegæ, Engel in *proem. decretal. n. 5. König ibid. n. 4. Eberth in Bello Juriâ. certum 1. n. 16. & segg. Franciscus Ignatius de Wolleren in Quæst. Select. Oempon. q. 1. n. 6. & segg. Josephus Bernardus Gletle Juriâ. pr. Emud. dissert. proem. n. 4.*

Id porro distimulare nequeo, Authores non deesse, qui, si textus Decreti sibi contrarios solvere non possint, respondere non erubescant, ejusmodi textus à Gratiano perperam in Decretum relatos, aut suis Originalibus non esse consonos. Siquidem ex Bulla Gregorii XIII. abundè liquet, verustissimos Codices undique conquisitos, authores ipsos (quorum testimonium usus erat Gratianus) perlectos, quæque perperam posita erant, suis locis restituta fuisse. Quamobrem memoratus Pontifex jubet, ut, *que emendata & reperta sunt, omnia quam diligentissimè retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur, aut immutetur.*

Alterum dubium est: utrùm rubricæ, in-87 scriptiones, & summaria capitulorum virtute decisiivâ polleant?

§. I. rubricas Decretalium, Sexti, Clementinarum, & Extravagantium virtute decisiivâ pollere, si completum & integrum sensum contineant, uti v. g. est *rubr. Lib. III. Decretal. tit. 9. Ne sede vacante aliquid innovetur; & tit. XII. ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur; non item rubricas Decreti. Fagnanus*

Ratio est: quia rubricæ priores & posteriores eundem recognoscunt Authorem, quem ipsæmet libri. Ergo sicut Decretales, Sextus, Clementina, & Extravagantes ab Authore Pontifice virtutem decisivam imbibent; ita etiam rubricæ: & sicut Decretum ab Authore suo vim authenticam haurire non potuit; sic etiam rubricæ.

89 II. inscriptiones capitulorum simpliciter quidem ab aliquibus (quos inter est P. Reiffentuel in *proem. Jur. Can. n. 109.*) authenticas dici; attamen ex nostro iudicio majorem vim probandi non habere, quam inscriptiones rescriptorum Apostolicorum, de quibus in *tr. 1. de Jure Leg. cap. 9.* concludemus, quod neque probant aliquid, neque probari debent, nisi rescribens in illis suam fundaverit intentionem per textum in *Clem. ult. de Sent. excommunicatis.* ubi, si Papa aliquem in literis suis cujuscumque dignitatis honoret titulo, dignitas tamen approbata vel probata non creditur. Addatur textus in *cap. si Papa 10. de Privilegiis. in 6.*

92 Neque putes: majorem vim inesse rescriptis, in Corpus Juris Communis transfumptis, quam separatim consideratis. Contra siquidem est: quia major vis non est in materia vel objecto, sed in personis, & effectu, ut nempe rescripta, quæ cateroquin jus tantum facerent inter personas determinatas, amodò jus univèrsale constituent.

94 III. summaria capitulorum autoritate Legali esse destituta: quandoquidem autoritate publica, nec confecta, nec recepta, sed à potiori Interpretum & Expositorum industria sunt concinnata; veluti conspiciet licet apud Canonistarum Principem, Abbatem & Cardinalem Panormitanum, qui & suas & aliorum periochas seu lectiones & summaria in principio cujuslibet textus adfluere consuevit.

95 Idem dicendum est de Glossis, quas neque Legislatores, neque illorum mandatò alii, sed privati JCI pro legentium utilitate elucubraverunt.

96 Tertium dubium est: utrum & quisnam Liber alteri deroget, quando contrarietas inter textus reperitur?

R. I. unum Librum cum altero, quantum est possibile, concordandum, nec contrarietatem aut correctionem esse admittendam *cap. cum expedit 29. de Elect. in 6.* præsertim in eadem compilatione, nisi contrarietas & correctio fit manifesta, nullòve distinctionis aut conciliationis mediò excusanda; cujusmodi reputatur illa in *cap. exigit 2. & cap. felicitas 3. de*

Censib. in 6. Quamquam enim textus unus alterò posterior sit, quando spectamus originem; omnes nihilominus corvæ censentur & coræanei, quod spectatur tempus compositionis & promulgationis: ut adeò præsumi non debeat, Legislatorem unò eodemque tempore contraria vel contradictoria sibi locutum fuisse, nisi contrarietas aut contradictoria manibus quasi palpetur.

99 II. in diversis voluminibus pro regula servari, quòd posterior & novius anteriori & antiquiori, nempe Clementina Sexto, & Sextus Decretalibus derogent *cap. licet Romanus 1. de Constitut. in 6. l. ult. ff. de Constitut. Princip.* Exceptionem tamen in Extravagantibus communibus fieri, quæ, cum nullius Pontificis autoritate in unum volumen complata sciuntur, non æstimantur ex loco, quem occupant in Corpore Juris, sed ex tempore, quò datae sunt, veluti gnæviter expendit Jurispræfatus P. Engel ad *tit. de Præbend. & dignitat. num. 52.* & post ipsum advertit Clariss. P. Wiestner in *dissertat. proem. n. 103.*

100 Quartum dubium, imò certe resolutionis quantum est, quomodò textus ex memoratis hucusque Libris allegari possint & debeant?

R. I. in Decreto Gratiani capitula sic citari. In I. parte *cap. cum ad verum 6. Dist. 96.* in II. parte *cap. si quis suadente 29. can. 17. q. 4.* vel (quod mihi familiarius & gratius est) *cap. si quis suadente 29. XVII. q. 4.* in III. parte *cap. cogitationis 14. de Penit. dist. 1.* in IV. parte *cap. vasa 44. de Consecrat. dist. 1.*

Dixi: capitula sic citari. Alii namque Decreti textus appellant Canones, ex coformalibus, quòd ipsemet Gratianus idem decretum *concordiam discordantium Canonum* appellaverit. Sed, quemadmodum textus ex aliis Libris vocantur capitula, quia non referunt totam constitutionem sed partem duntaxat, quæ ad rem facere videbatur: ita textus Decreti, quò primordiale constitutionem non exhibent integram, capitula non immeritò vocantur.

R. II. in Decretalibus allegari capitulum & titulum, sub quo reperitur; additò subinde X. quod idem sonat, ac *extra*; ad denotandam scilicet distinctionem à Sexto Decretalium, in quo solet allegari capitulum & titulus in *6. e. g. cap. alma mater 24. de Sent. excommunicat. in 6.*

R. III. In Clementinis citari Clementinam cum titulo v. g. *Clementis Romanæ 2. de Elect. in Extravag. Joannis XXII. Extravagantem cum titulo v. g. Extravag. n. Joannis XXII. de Vere & Veri redempt. in Extravag. communib. superaddi: inter communes: v. g. Extravag. ambrosiana de rebus Ecclesie non alienand. inter communes.*

§. III.

Ex quibus Libris extra Corpus Juris Canonici haurienda sunt Jurisprudentia Canonica?

105 I. Libri extra Corpus Juris Canonici sunt multiplices. I. enim sunt Concilia Generalia, & inter hæc maximè notum & novum Concilium Tridentinum, de cujus & aliorum auctoritate sermo reddidit in *sepe cit. 17. de Jure*

Legali cap. 5. II. Bullarium Magnum, in quo extant diversæ Summorum Pontificum constitutiones, pro re nata editæ. Sed quia non constat, quòd liber hic auctoritate Sedis Apostolicæ fuerit impressus; favorem & effectum

Aut Legis tunc solum participabit, quando de constitutionum legitima ordinatione, promulgatione, aut usu constabit; prout supra in *num. 75. & seq. de Septimo Decretalium est conclusum.* Engel in *proem. Jur. Can. num. 8.* Wiestner n. 114. Plettenberg. in *Introduct. in Jus Can. cap. 19. n. 2.*

107 III. Regula Cancellaria Apostolica, de beneficiis Ecclesiasticis, eorumque reservationibus, uti & dispensationibus ac indulgentiis tractantes; quæ, cum ad vitam singulorum Pontificum restringantur, atque à successibus rursus innoventur & augeantur, haud dubiè vim Legis obtinent, Sede Pontificia non vacante, veluti liquet ex eorum proemio. Chokier ad idem *proem. n. 8. & 10.* Engel *cit. l. n. 14.* Gonzalez in *apparatu n. 57.* Wiestner *ubi supra n. 116. & seq.*

108 IV. Decisiones S. Rotæ Romanæ, seu Summi & Apostolici Tribunalis, quarum uniformis & sæpe repetita sententia Romæ stylium curiæ, praxin, & jus format per *cap. in causis 19. de Sen. & re judic.* De cætero, si, ut frequenter accidit, in una eademque causa decisiones afferantur contrariæ, sua cuiuslibet probabilitas & auctoritas rei judicatae respectu personarum litigantium servabitur. Fagnanus ad *cap. cum venissent 12. de Judic. num. 32.* Engel *ubi supra num. 17.* Gonzalez *num. 57. in fin.*

109 Quæres: an Canones Apostolorum, qui extant in utroque Juris Corpore, Canonico & Civili, sint canonici & authentici?

R. affirmativè. Ita Covarruv. *Var. resolut. lib. 4. cap. 15. n. 6.* Barbosa ad *cap. canones 1. Dist. 16.* Gonzalez in *appar. n. 42.* Schamboogen in *proem. Jur. Can. num. 15.*

Textus luculentus est in *cap. placuit 4. cit. Dist. 16.* ibi: *placuit huic Sanctæ Synodo, ut amodo confirmata & rata sint Canonum Apostolorum 85. capitula.* Textus similis in *cap. quantum 7. ead.*

Ratio est: quia præfati Canones nihil aliud sunt, quàm constitutiones, ab Apostolis post excessum Christi Domini rogatæ, atque à Clemente Papa græcò idiomate conscriptæ, quas postmodum noster Dionysius, cognomento Exiguus, tempore Justini Imperatoris in latinum transulit; sicuti perhibent cum Baronio ad annum Christi 102. *§. sursum verò Gonzalez cit. n. 41.* Wiestner in *cit. dissert. proem. num. 81.* & Canonice communiter. Ergo vis canonica & authentica desiderari nequit.

112 Confirmatur ex P. Gibalino *Scientia Canon. lib. 5. cap. 10. q. un. num. 3.* quia, ut ipse demonstrat, hi Canones jam ante Concilium Nicænum compositi, & in eodem Concilio relati & approbati fuerunt.

113 Nec obest I. quòd in *cap. sancta 3. Dist. 15.* Apostolici Canones inter apocryphos numerentur. Nam textus hic explicari debet ex *cap. canones 1. Dist. 16.* de adulterino

quodam Canonum Apostolicorum volumine, ab hæreticis Priscillianitis confectò.

Nec obest II. quòd incertum videatur, quot numerò sint Canones Apostolorum, dum in *cap. sexaginta 2. ead. Dist. sexaginta; in cap. Clementis 3. ibid. quinquaginta; in cap. placuit 4. octoginta quinque; & in ipsis Canonibus tantum octoginta quatuor enumerantur.* Enimverò diversitas in numero non facit diversitatem in substantia: quandoquidem, referente Gonzalez *cit. l. n. 43.* primæ Canonum collectiones in ordine & numero non erant conformes, sed unus peripse canon duas trèves sententias referebat; & sic quandoque 50. quandoque 60. vel plures recensebantur. Quòd autem 50. duntaxat in Corpore Juris Canonici ponatur, nihil interit: ultimus enim in duos commodè secari potest; ut credibile videatur, jam olim hanc sectionem in usu fuisse.

Nec obest III. quòd aliqui Canones doctrinam prorsus absonam & hæreticè fovere dicantur; in specie Canon 46. ubi baptismus, ab hæreticis collatus, supponitur esse irritus: Canon 65. ubi jejunium die dominicæ & sabbato prohibetur: Canon 67. ubi irritatur ordinatio, ab Episcopo hæretico facta: Canon ult. ubi inter libros canonicos apocalypsis sancti Joannis Apostoli non computatur; computatur, e contra dux Clementis Pontificis Epistolæ, quæ multis in locis proclamantur vitiatæ, quæ multis in locis proclamantur vitiatæ.

Quantumvis enim à quibusdam recitati non adeo apocryphos rejiciantur; commodum tamen expositionem non resurgunt. Nam Canon 46. & 67. dum baptismum, vel ordinem, ab hæreticis collatum, irritum & reiterandum asserunt, supponunt, formam & institutionem Christi non fuisse servatam; quem in modum etiam textus Decreti & Decretalium in *cap. Daibertum 24. cap. per illiciam 25. l. q. 7. cap. nos consecrationem cum segg. IX. q. 1. cap. quòd à prædecessore 1. de Schismat. exponi debent.* Canon 65. prohibens jejunium in die dominicæ & sabbato conditus est tum propter Judæos, ne sabbatum per jejunium contempni putent, & hoc modò à fide Christiana absterrentur; tum propter hæreticos, qui diem dominicam in jejunio & planctu, ad invidiam Catholicorum transigi volebant. Layman *Theol. Moral. lib. 4. tr. 8. cap. 2. n. 2. & 9.* Nempe pro temporum & circumstantiarum mutatione, quæ in se bona & laudabilia sunt, vetari possunt. Canon 121. ultimus non excludit ex libris Canonice apocalypsin S. Joannis, sed tantum dissimulat; Constitutiones quoque vel epistolæ Clementis potuerunt tunc temporis esse genuinæ & incorruptæ, quando Canones sunt confecti: ideòque non tantum probari debet, quòd amodò vitiatæ reperiantur, sed etiam quòd ab initio vitiosæ fuerint.

SECTIO III.

De Jurisprudencia Civili.

SUMMARIA.

122. *Eymologia Jurisprudencia Civili.* 123. & seq. *Synonymia.* 125. *Definitio.* 126. *Asseclit quoslibet homines.* 127. *Intendit justitiam & beatitudinem civilem.* 128. *Definitur Jurisprudencia publica.* 129. *Definitur privata.* 130. *Illius præminencia.* 131. & seq. *Nec non publica expositio monstratur.* 135. *Jurisprudencia publica petenda ex libris.* 135. & seq. *Refertur, & declaratur Aurea Bulla.* 140. & seq. *Adducitur & dilucidatur Pax Imperii publico-profana.* 143. *Ordinatio Camera tangitur.* 144. & seq. *Pax Religiosa proponitur.* 147. *Pax Westphalica adstruitur.* 148. & seq. *Utriusque encomium.* 151. & seq. *Capitulatio Casarea delibatur.* 156. *Recessus Imperii notantur.* 158. *Hi libri universi sunt authentici.* 158. & seq. *Jus naturale & Gentium confert ad scientiam Juris publici.* 161. & seq. *Jurisprudencia Canonica servit ad publicam.* 165. & seq. *Jus privatam ancillatur publico.* 167. & seq. *Jurisprudencia publica illustratur ab historia.* 170. &

seq. *Camela pro studio Juris publici.* 172. *Ex libris Juris privati sunt Institutiones.* 173. *Pandecta.* 174. *Codex.* 175. *Novella.* 176. & seq. *Libri feudorum.* 179. & seq. *Omnes hi libri deciviam habent auctoritatem.* 182. *Etiams feudales, quoad capitula ordinaria.* 183. *Non autem quoad extraordinaria.* 184. & seq. *Authentica Frederici, non item Irverii, sunt authentica.* 186. & seq. *Inscriptiones, rubrica, & summaria habent eam vim, quam alia in libris Canonici.* 188. *Antinomia in Jure Civili non est admittenda.* 189. 50. *Decisiones Justinianæ excipiuntur.* 190. *Illarum notitia subjicitur.* 191. & seq. *Codex derogat pandectis.* 143. & seq. *Instituta derogant pandectis, quatenus sunt compendium pandectarum.* 195. & seq. *In materia spiritali Jus Canonium præfertur Civili.* 197. *In materia adiariorum unum cum altero combinandum.* 198. *Aut quodlibet in suo foro servandum est.* 199. & seq. *Modus citandi in Jure Civili.*

§. I.

Quid & quotuplex sit Jurisprudencia Civilis?

122 **J**urisprudencia Civilis ab Imperatore in §. *Jus autem i. Inst. de F. N. G. & C. derivatur à Civitate:* quasi nempe Jus Civile sit idem, ac Jus cuilibet civitati vel communitati humane proprium. Schambogen ad cit. tit. Inst. q. 8.
123 **A**ppellatur interdum Jus Civile vel Jus Romanum, quatenus à Romanorum Imperatoribus, aut à populo Senatque Romano constitutum, apud Romanos vel maximè servabatur, veluti patebit legenti historiam Juris Romani in l. necessarium 2. ff. de O. J.
124 **D**icitur etiam Jurisprudencia Legalis, quia Legis explicandis insudat; dicitur perinde Jurisprudencia profana, quia non cum sacris sed profanis negotiis agendum habet.
125 **D**efiniri potest, quòd sit habitus scientificus & practicus, dirigens actiones hominum ad justitiam & beatitudinem civilem.
126 **D**ixi I. *actiones hominum.* Ubi cernitur una differentia inter Jurisprudentiam Canoniam & Civilem, quòd illa dirigat actiones Christianorum & fidelium; hæc actiones quorumlibet hominum, etiam infidelium, in territorio Principis Sæcularis existentium, regulet & ordinet ad suum finem.
127 **D**ixi II. *ad justitiam & beatitudinem civilem* seu temporalem. Ubi cernitur altera differentia Jurisprudentie Canonice & Civilis: ista siquidem attendit ad solam beatitudinem temporalem, quæ consistit in externa pace, concordia, & tranquillitate civium, divitiis, honoribus, muneribus &c.
128 **D**ividitur Jurisprudencia Civilis ad exemplum Imperatoris in §. *ult. Inst. de F. & J. in*

publicam & privatam. *Publica est, quæ ad statum rei Romane spectat, ut loquitur citatus Imperator; seu, quæ versatur circa constitutiones, statum Reipublice concernentes, definitque, quid in ordine ad illum justum injustumque sit; quidve Juris ipsi Reipublice quæ tali vel ejus partibus quæ talibus competat, uti discriet Prænob. & Clariff. D. Collega de Wolleren in Questionib. Venipont. q. 2. n. 5. & Vitriarius Inst. Fur. Publ. lib. 1. tit. 1. in pr. & num. 1.* *Privata est, quæ spectat privatam singulorum utilitatem, seu quæ hominum privatorum commodum immediatè respicit.* Itaque Jurisprudencia publica non differt à privata ex causa efficiente seu potestate Legislativa, quæ utriusque est Majestas Imperialis; sed à fine proximo, utilitate scilicet & felicitate, quæ respectu Jurisprudentie publicæ est publica, respectu Jurisprudentie private privata. Clariff. D. de Wolleren cit. l. n. 7.
Nihilominus Jurisprudencia publica tantò super privatam eminent gradu, quantum Imperialia palatia domos privatas excedunt; ut bellè scribit laudatus D. Collega num. 1. considerat enim Summa totius Orbis capita; examinat eorum jura & regalia; disquirunt formam & munera regiminis; & cuncta, quæ conducunt ad Imperii salutem, ad justitiam stateram appendit.
Disputatur equidem, licet ætate Jurisprudentiam publicam in Academiis docere? Quasi scilicet non expediat aut de potestate Supremi Principis alterari, aut, quæ in aulis secretò tractantur, in scholis curiosè inquirere, vel in

122 **I**n controversiam vocare. Verùm quis nescit, Imperatoris & aliorum Imperii Procerum maturò consiliò Juris publici cathedras in Academiis erectas esse, hunc ipsum in finem, ut Jurisprudencia publica publicè doceatur? Nec enim de statu publico multa cum fundamento differunt, qui Magnatum agunt Consiliarios in aulis, nisi statim publici rationem & principia cognoverint in athenæis. Oportet siquidem prius nos agere discipulos, & ex ore Magistris percipere scientiam, quam alios instruere vel illustrare veli-

mus. Quia in re nulla est curiositas, nullum imminet aulis periculum: quippe cum arcana Principum consilia non examinentur, aut, quæ certò noscuntur Jure statuta, vocentur in dubium, sed generalia potius Republicæ, capitis, & membrorum jura ex Legis communibus & publicis per interpretationem doctrinalem exponantur. Clariff. D. Hermes p. m. in falsis. Fur. publ. cap. 1. à n. 31. Clariff. D. de Wolleren cit. l. num. 13. & seq. Hornius Juris Publici cap. 1. §. 29. Henricus Cocceus Juris publ. cap. 1. §. 1.

§. II.

Quibusnam ex Libris petenda sit Jurisprudencia Civilis publica?

135 **J**urisprudencia Civilis publica ex illis libris, in quibus exhibentur constitutiones & Leges publicæ, repetenda est.
136 **P**rimus & princeps ejusmodi Librorum est *Aurea Bulla*, ab aureo sigillo, quod appensus gerit, sic appellata; quam Romanorum Imperator Carolus IV. partim Norimbergæ usque ad caput 24. exclusivè, partim Metis à capite 24. usque ad finem Anno Christi 1356. promulgavit. D. Hermes cit. cap. 1. n. 15. & seq. D. Collega de Wolleren cit. q. 2. n. 5. & 6. Vitriarius Inst. Fur. publ. lib. 1. tit. 2.
137 **N**um. 12. Agitur in ea de electione & coronatione Imperatoris; de Vicariis & Electoribus Imperii; de pace publica & crimine læsæ Majestatis: hæc enim capita sub illud tempus, cum necdum ex toto fuissent decisa, multorum dissidiorum causam dedere. Hornius Juris publ. cap. 7. §. 5.
138 **N**um. 13. Conscripta sunt primitus idiomate latino, pro more illius sæculi, posteaque, incertum quòd auctore, in germanicum versa: ut proinde, si quædam emergat controversia, non ad versionem germanicam, sed originale latinum recurri debeat. Vitriarius ubi supra tit. 2. sub num. 13.
139 **P**feffinger in not. ibid. lit. r. Autographum unum Moguntie in Electoris Cancellaria; alterum Francofurti ad Mœnum in curia, quam vocant den Römter; tertium Romæ, seu, ut alii volunt, Heidelbergæ servari, testes sunt Mayer in tract. de Jure Stat. Imp. Legislat. cap. 5. n. 64. Vitriarius cit. l. num. 13. Sweder in introduct. ad Jus publ. part. general. cap. 2. n. 7.
140 **I**l. est *Pax Imperii Publica-profana*, contra vim privatam vulgò das Faust- und Kolben Recht; & improbos pacis turbatores, à Maximiliano I. in Comitibus Wormatiensibus Anno 1495. stabilita, & paulò post in Comitibus Augustanis Anno 1500. confirmata. Eò enim principum insania tunc excreverat in Germania, ut Autoritatem Imperatoris parum reverentes, ortò inter se jurgio, non judiciò contendere, sed denuntiatione hostili, armatà manu, rapinis & ruinis litem dirimere maluerint; sicque tunc idem jus & vis denotabant, ac robore qui prior: jure potior erat. Huic igitur petulantie repagulum obducturum Imperator, à sapientia & justitia non satis laudandus, constitutionem Pacis publicæ-pro-

fanæ condidit, ac sub pœna banni seu proseriptionis Imperialis prohibuit, ne quis alteri bellum denuntiet, eum spoliè, capiat, obideat, aut possessione sua armatà manu factòque violentò deiciat; ne unus alteri subditos abstrahat, vel contra Dominum concitet, vel profugos ob delicta foveat; ne locus ulterior sit diffidationi; ne pacifragis ope vel consiliò qui assistat &c. Hornius Juris publ. cap. 8. §. 5. Clariff. D. de Wolleren in Quest. Venipont. q. 6. n. 9. & 2. seqq.
III. est *Ordinatio Camera & Judicii Imperia* 143. Iis Aulicis, ubi, proscriptà jam violentià & vindictà privata, non tantùm Suprema Imperii Dicalsteria, Camera scilicet Spirensis (nunc Wezlarientis) & Judicium Imperiale Aulicum Viennæ in Austria sunt ordinata, verum etiam certæ Leges, secundùm quos ordo judicarius est conformandus, præscriptæ. D. de Wolleren cit. q. 6. n. 12. Ernestus Goeckelius de Jurisdic. suprema c. 2. & 4.
IV. est *Pax Religiosa*. Impulsiua hujus causa est ferale illud Religionis dissidium, quod Lutherus, non Divinis auspiciis (uti quidam jactabundè crepant) sed infelicissimis planè avibus in perniciem Imperii Romani excitavit. Totis quippe provinciis, à Catholica fide deficientibus, eas in angustias compulsus erat gloriosissimus Imperator Carolus V. ut, licet omni annuù Novatoribus acerrimè se opposuerit, Edictum Wormaticense (contra quod Acatolici protestandò, nomen Protestantium traxerunt) promulgaverit, bella in Smalkaldicos confœderatos moverit; nihilominus, cogente temporum acerbiorem factò, primò transactionem Passaviaensem, ac in ea securitatem Protestantem Anno 1552. usque ad Concilium Generale Tridentinum admittente; dehinc in Comitibus Augustanis de Anno 1555. confirmare & ratihabere debuerit. Videatur Perillustris D. B. ab Andleren Jurisprudenc. quæ publ. quæ priv. lib. 1. tit. 1. part. 2. ubi ex ipsis Imperii Receptibus historiam mutatæ Religionis, sine figmentis, succinctè adornat.
V. est *Pax Osniabruggo-Monasteriensis*, aliàs Westphalica, quæ Pax Religiosa partim roborata, partim in favorem Acatolicorum aucta, plurimas in Imperio novitates introduxit, veluti Pacis Articulos insipienti primà fronte

fronte patebit. Historiam Pacis huius, eruditè scriptam, si legere placeat, illam exhibet Adam Adams in *Pacis relatione historica Pacificat.*

148 Utriusque Pacis conclusionem miris encomiis Andreas Burgoldensis, sive (ut verò eum nomine compellat Clariss. D. Gletle p. m. in *Select. Juris publ. cap. 1. n. 22.*) Andreas Oldenburger cum asseclis exornat. Sed unicò ferè verbulò, quasi nuce totam laudum illadem claudit cit. Gletle in *Jurisprud. fundam. dissert. præamb. §. 3. n. 7.* dicendò: fuisse illam,

149 ac hodieum esse malum necessarium. Nimirum animorum & regionum vinculum est una Religio: hæc, si fatali discordia scindatur in partes, Regna & Imperia protinus in rimas 150 & ruinas fatiscunt. Quod ipsum in Recellu Imp. de Anno 1548. §. 3. luce clarissè edocetur; ibi: in *Inschubung*, daß solcher Zwenpsalt der Religion ein gewisse Wurzel und Haupt Ursach ist alles Übels / Unfahrs / und Unglücks teutscher Nation &c. Latè D. ab Andlern cit. l. 1. tit. 1. p. 2. n. 3. & 20.

151 VI. sunt *Capitulationes Casaræ*, seu conventiones & pactiones solennes, quibus Neoelecti Reges aut Imperatores Romano-Germanici cavent & promittunt, se in gubernatione Imperii certum modum & formam, in propositis articulis expressam, observaturos, ad Imperii & libertatis Germanicæ bonum. Clariss. D. de Wolleren in *Quæst. Salisburg. quæst. 2. n. 10.* D. Gletle in cit. *Select. cap. 2. n. 2.*

152 Initium Capitulationis quale fuerit & quando? Non eadem Publicistis infedit opinio; potioribus cum Lymæo in *prolegom. Capitulat. sect. 3. n. 15.* Cocceio *Jurisprud. publ. cap. 8. §. 8.* Brunnenmano *Juris publ. cap. 2. §. 6.* Hermæ in *facie. Jur. publ. cap. 9. n. 5.* idem Capitulationi, quod Imperio Romano, principium 153 statuentibus. Verùm, licèt huic placito libenter in eo sensu deferam, quòd Imperatores Germani nunquam liberam agendi regendique facultatem, sed moderatis conditionibus limitatam, habuerint, relicta semper aliqua libertate & potestate penes Imperium:

154 si tamen in alio sensu de Capitulatione, quatenus juxta modernum stylum à solis Electoribus Imperatori prescribitur, disseramus, ante tempora Caroli V. nec monumenta nec alia documenta quidpiam de simili Capitulatione enuntiant.

155 Quare prima hodiernæ Capitulationis origo revocatur ad annum 1520. quòd, cum Electores timuissent, ne sub Carolo V. Principe in veritate potentissimo vires amittat libertas Germanica, de certis quibusdam limitibus, ad moderandam Imperii gubernationem, per speciale pactum præstuentis, animum adjectere; quam in rem eò liberalius concessit Carolus, quòd duriorum ipsi conditionem, in casu reculationis, facere potuisset ejus in Electione competitor Gallie Rex Franciscus I. D. Gletle cit. cap. 2. num. 5. D. de Wolleren cit. q. 2. à num. 53. Mayer de *statu Imperii Legislat. cap. 5. num. 65.* Vitriar. *Inst. Jur. publ. lib. 1. tit. 7. §. 1.* Hornius *Juris publ. cap. 11. §. 4.*

VII. sunt *Recessus Imperii*, à recedendo sic dicti, non ut ab illis recedatur per neglectum, sed quòd, solutis jam Comitibus, quando Status ab invicem recedunt, conscribantur. Sunt enim constitutiones illæ, quas Imperator, cum Status Imperii congregatus in Comitibus, ordinat, & ordinatas atque in scripturam redactas in sine promulgat.

Ambiges adhuc I. num omnes hi libri, velut legales & authentici, possint allegari? R. indubitanter affirmativè. Ratio est: quia publicati sunt illorum jussu & consensu, qui Majestate & potestate Legislativâ fulgebant.

Ambiges II. num Juris Naturalis & Gentium notitia quidpiam conferat ad scientiam Juris publici?

R. conferre plurimum. Ratio est: tum quia Jus Gentium & Naturæ circa talia versatur objecta, quæ non tantum privatas & humiles afficiunt animas; sed etiam Suprema, nulliusque potestati subiecta capita, consurgunt, tum quia, quæ Jure Naturali sunt ordinata, 159 manent immota & immutabilia; quæ verò sancta reperuntur communi Gentium arbitrio, unius vel alterius Principis aut populi voluntati non subjacent; proindeque Jus publicum à Jure Naturali & Gentium delectere nequit: tum quia, si Jure publicò quædam non definita, vel inter Principes Summos aut Respublicas liberas sint controversa, non aliò quam Naturæ vel Gentium Jure dirimi possunt. Ita novissimè monstravit Clariss. D. Rudolphi in *Quæst. select. ex Jure publ. quæst. 3.*

Ambiges III. num Jurisprudentia Canonica serviat ad publicam? R. cum D. Hermes in *facie. Jur. publ. cap. 1. n. 9.* D. Rudolphi cit. l. q. 1. pag. 5. & sanioribus Publicistis quòd sic. Ratio est: quia de personis, rebus, & juribus Ecclesiasticis aut sacris tractare, in omni Republica Christiana spectat ad solam Jurisprudentiam Canoniam.

Ad hæc Corpus Imperii Romani mixtum est ex personis Ecclesiasticis & Sæcularibus; consequenter opus est notitiâ Juris Canonici, si Corpus Imperii quis noscere velit. Accedit, quòd Acatolici Publicistæ de Summo Pontifice, Prelate, & aliis Personis Ecclesiasticis multa comminiscantur, quæ non aliunde, quam ex SS. Canonibus deprehendi, vel enervari possunt.

Ambiges IV. num Jurisprudentia Civilis privata publicam adjuvet? R. vel maximè. Ratio est: quia, tamen si moderno Romani Imperii statui non adeò quadrent, quæ Jure Justinianèò dictantur; faciem nihilominus præferunt, & regulam firman in iis, quæ Jure publicò necesse immutata vel declarata sunt. Quin etiam, si Status Imperii litem inter se habeant, decisio plerumque petitur aut roboratur ex Legibus Romanis, non solum quando privata, sed etiam quando publica movetur causa, in qua modus procedendi, mediaprosequendi vel agendi in judicio, nec non prerogativæ possessionis

163 164 165 166

Quibusnam ex Libris addiscenda sit Jurisprudentia Civilis privata? 13

nis &c. ex Jure Civili dependent. Samuel Stryck in *discurso preliminaris. ad usum mod. pandect. §. 39. & 2. segg.*

167 Ambiges V. num historia Jurisprudentiam publicam illustret?

R. Jurisprudentiam publicam ab historia seu rerum ante nos gestarum notitiâ mirum in modum illustrari. Ex eo siquidem, quòd antehac factum aut observatum erat, optima sumitur regula de iis, quæ deinceps agenda vel observanda sunt. Pro eujus ulteriori dilucidatione juverit, solam inspicere Bullam Auream, eeu Legem Imperii Romani fundamentalem, quæ tota quanta se fundat in usu, observantia, & consuetudine antiqua in dem alten Herkommen, ut patet statim ex cap. 1. ibi: *juxta antiquam laudabilem consuetudinem*; item ex cap. 2. §. 8. ibi: *& quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine tam in convulsi quàm immutabiliter, quod subscribitur, semper extitit hactenus observatum, ideoque & nos*

168 vel observanda sunt. Pro eujus ulteriori dilucidatione juverit, solam inspicere Bullam Auream, eeu Legem Imperii Romani fundamentalem, quæ tota quanta se fundat in usu, observantia, & consuetudine antiqua in dem alten Herkommen, ut patet statim ex cap. 1. ibi: *juxta antiquam laudabilem consuetudinem*; item ex cap. 2. §. 8. ibi: *& quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine tam in convulsi quàm immutabiliter, quod subscribitur, semper extitit hactenus observatum, ideoque & nos*

169 in dem alten Herkommen, ut patet statim ex cap. 1. ibi: *juxta antiquam laudabilem consuetudinem*; item ex cap. 2. §. 8. ibi: *& quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine tam in convulsi quàm immutabiliter, quod subscribitur, semper extitit hactenus observatum, ideoque & nos*

170 171 172

§. III.

Quibusnam ex libris addiscenda sit Jurisprudentia Civilis privata?

172 Jurisprudentia Civilis privata ex libris, in Corpore Juris Civilis suo ordine positis, est addiscenda. Ex his primum locum occupant *Instituta* seu Institutiones, quæ quidem post Digesta & Codicem, velut compendium & epitome totius legitimæ scientiæ, sunt composita, sed paulò ante promulgata, nempe mense Novembri Anno 533. Legatur *proom. Instit.*

173 Secundum locum tenent *Panthea* seu Digesta, quæ jussu Imperatoris Justiniani ex vastissimis veterum Juristorum voluminibus in certum ordinem redacta, & Anno 529. mense Decembri sunt publicata. Videatur ejusdem Justiniani constitutio de *concept. & confirmat. Digestor.*

174 Tertium locum possidet *Codex*. Hunc laudatus Imperator jam Anno 527. ex præexistentibus Codicibus Gregorii, Heromogenis, & Theodosii concinnari, & à suo nomine Justinianum appellari; mox tamen Anno 534. rursus emendari, immutari, ac sub nomine repetitæ prælectionis usui publico vulgari voluit. Inspiciatur ejusdem constitutio de *ново Cod. faciendis & confirm.*

175 Quartum locum vendicant sibi *Novella* seu novissimæ constitutiones sæpe deprædicati Imperatoris Justiniani, quas, absolutis jam aliis Juris voluminibus, pro re nata potissimum idiomate Græcò (quod proinde majoris est roboris quàm latinum, quò JCrī quidam Novellas donarunt) edidit. Conferatur *constitut. de Evendar. Cod. §. 2.*

176 In quinto loco collocantur Libri *Fendorum*, aliàs *consuetudines feudales* dicti. Hos Gerardus Niger & Obertus de Orto Consules Mediolanenses, Viri infignes & sapientes, ut constat ex *tit. 25. ch. 1. Fend. 2.* composuerunt.

177 Referuntur in illis mores & observantia, quæ apud Longobardos circa prædia, à mili-

178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190

178 Cautos tamen Jurisprudentiæ publicæ stu-diosos esse velim in legendis heterodoxorum libris Publicis, Historiam Ecclesiasticam quomodolibet tangentibus: sunt enim illorum documenta plerumque domestica vel depravata, præsertim contra Romanos Pontifices, quos, cum nolint habere Judices & Superiores in causis morum & fidei, quavis occasione venenatis dentibus & calamis mordere & perstringere non erubescunt. Notavit hinc D. Gletle in *Select. Jur. publ.* si Religio Catholica in terris Imperii aliquando prædominari rursus incipiat, omnes ferè libros, illustrando Juri publico ac Acatolicis conscriptos, sub censuram vocandos, ac vel omninò proscribendos, vel ita expurgandos esse, ut vestigia veneni detegantur.

179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190

179 Inquires I. utrùm sint authentici? R. non esse dubitandum. Nam, quòd attinet Libros Justinianæos, illi prodierunt autoritate publicæ & legislativâ. Et licèt ab initio nec Italos obligaverint, cum Barbarorum continuis incuribus infestarentur; nec etiam Germanos, quibus libertas patria pro tunc suffragabatur, constrinxerint: actamen ab eotempore, quò Jus Justinianæum in athenæis Italiæ & Germaniæ traditum & expostum fuit, plenissimum vim obtinuit; quin & expressò Imperatorum & Statuù consensu in variis Imperii sanctionibus confirmationem acceperunt, veluti per extensum ostendit Stryck in *dissert. preliminaris. ad usum modernum Pand. à §. 16.*

180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190

180 Libros feudorum quod concernit, robori sufficiens ex inveterata consuetudine, sicut & expressò Imperatorum ordinationibus, acquisiverunt; non tamen quoad omnia capitula, sed ea, quæ vocantur ordinaria: nempe omnia in Libro I. & 58. in Libro II. Cætera, quæ dicuntur extraordinaria, habent quidem vim declarativam ordinariorum; vim autem decisivam non habent, ut tradunt unanimiter Feudistæ: quia, ut discurrit Hornius *Jurisprud. feudali. cap. 1. §. 34.* olim non erant adjecta Corpori Juris, atque sic non omnibus cognita, nec usi comprobata.

181 182 183 184 185 186 187 188 189 190

181 Inquires II. an etiam authentice, Codicibus insertæ, sint authentice? R. authentice esse duplicis generis. Quædam sunt authentice Imperatoris Friderici v. g. *amb. cassa Cod. de SS. Eccles. amb. statinus*

182 183 184 185 186 187 188 189 190

182 183 184 185 186 187 188 189 190

Cod. de Episcop. & Cleric. aut h. habita Cod. ne filius pro patre & c. aut. Sacramenta puberum Cod. §. adversus vendit. Aliæ sunt authentice JCti Ineritii, ex Novellis per modum extractus de-
187 scriptæ. Illæ igitur sunt authentice, utpote autoritate publicâ confectæ, & perinde, ac cæteræ Leges Codicis, usû receptæ: istæ non aliter, nisi quatenus suo fonti seu Novellis, ex quibus fuerunt extractæ, correspondent: nec enim autoritate publicâ, nec usû & possessione temporis quietâ gaudent. Miller ad Struv. exercit. ad pand. 1. th. 68. lit. 1.

186 Inquires III. quid dicendum de rubricis vel inscriptionibus titulorum, aut summaris textuum?

187 Idem, quod supra de libris Juris Canonici dictum est à num. 88. Et quamvis Stryck in nos. ad compend. Lauterbachii pag. m. 6. rubricas Novellarum excipiat, tanquam autoritate privatâ Ineritii vel alterius JCti Novellis essent præmissæ: nihilominus, cum simul cum Novellis earum rubricæ, citra aliquis contraditionem, fuerint receptæ, paris cum Novellis valoris esse censentur.

188 Inquires IV. deturæ in libris Juris Civilis antinomiam, contrarietatem, vel correctio?

189 I. in uno eodemque Libro antinomiam, contrarietatem, vel contraditionem nullatenus admittendam esse, ne Legislator uno quasi tempore sibi contradixisse videatur, quemadmodum indicavit Justinianus in l. Deo auctoritate 1. §. 8. l. causa 2. §. 15. Cod. de V. F. E.

189 Si tamen correctio manifesta sit, qualis reperitur in §. decisionibus, Codici hinc inde insertis, ex mente & sententia ipsius Imperatoris in sua constit. de emendando Cod. §. 1. admittitur correctio quoad Leges, in eodem volumine contentas. Ita cum communissima sententia contra Giphanium & Ludwell docet Clariff. D. Bassus p. m. in præfat. ad §. 50.

190 Sicut autem hæc decisiones novissimæ Justiniani constitutiones, quibus antiquorum JCtorum controversias decidit per textum in §. libertinorum 3. Inst. de lib. s. suntque ex eo dignoscitur, quod lætæ sint sub Consulatu Decii, Lampadii, & Orestis, vel duobus annis post eorum Consulatum, videlicet Anno 530. 531. 532. cum inscriptione ad Joannem vel Julianum PP. quodvde Veterum dubio mentionem apertam faciant. Clariff. D. Bassus cit. l. n. 3. 4. & 5.

191 II. non tantum Novellas Codici & Pandectis, sed etiam Codicem Pandectis derogare juxta textum in Constit. de emendat. Cod. §. 1. & seqq. Zoëll. in præf. Digestor. n. 8. Mathias Stephani in præf. ad Novell. num. 20. Clariff. D. Bassus cit. l. n. 8. Clariff. D. Joannes Sigismundus Stapf Quest. ex univ. Jure 1. num. 11.

192 Quamquam enim Codex Justinianicus ante pandectas fuerit compactus; Codex tamen repetitæ prælectionis posteriori tempore con-

cinnatus est: unde, quod dicitur in l. ult. ff. de Constit. Princip. posteriora derogare prioribus; etiam hic valorem sortitur.

III. de Institutionibus esse litigium, 193 utrum pandectis derogent? Id tamen sub distinctione componi posse, quod nempe non derogent, quatenus sunt compendium Juris & extractus pandectarum (nam planè absonum foret, ut rivus à fonte suo degeneret, aut extractus protocollo contradicatur) sed, 194 quatenus sunt compendium & extractus Codicis: sic enim eandem derogandi vim adipsuntur, quæ ipsi pandectis inest. Confer. Clariff. D. Stapf cit. quest. 1. à n. 9.

Inquires V. num Libri Juris Civilis & Canonici sibi invicem derogent?

195 I. in materia spirituali, peccaminosa, & conscientiam tangente, Jus Canonicum derogare & prævalere Civili. Ratio con-

cludens est: quia in ista materia Jus Civile nequit imperare vel Legem statuere: nam & Suprema Potestas Civilis subest Spirituali cap. cum ad verum 6. Dist. 96. cap. sollicita 6. de M. & O. Extravag. unam sanctam ead. inter commun. &, ut loquitur Pontifex in cap. cum Ecclesia 10. de Constit. laicæ Jurisdictioni non competit Potestas imperandi sed necessitas obsequendi: consequenter Libri Civiles Canonis & c. cedere tenentur. Casus particulares, in quibus Civile Jus correctum est à Canonico, in decursu præsentis Operis notabuntur.

II. in materia profana vel adiphora 197 unum Jus cum altero combinandum, & Jus Civile dubium à Canonico claro, & vicissim Jus Canonicum obscurum à Civili luculento declarandum esse juxta famosum cap. intelleximus 1. de N. O. N.

Si tamen Jus utrumque 198 que probabili quâdam ratione conciliari nequeat, quodlibet in suo foro servatur, sicut cuiuslibet Jurisdictioni in tali materia ad forum proprium est restricta. Ita passim Canonice & Civiliter Catholicis.

Inquires VI. quis modus in citando Jure 199 Civili sit usitatus?

199 In Institutionibus citari §. vum & titulum, aut principium v. g. pr. Inst. de f. & f. §. 9. Inst. de f. N. G. & C. in Pandectis & Codice citari legem & titulum v. g. l. 1. ff. de LL. l. 1. Cod. de SS. Eccles. in Novellis citari Novellam & caput aut §. vum v. g. Nov. 115. cap. 3. §. 1. in feudis à Recentioribus citari librum & titulum cum §. v. g. tit. 58. §. 1. feud. 2. In 200 terim quoad citationes Institutionum, Pandectarum & Codicis, uti & Juris Canonici, hucusque non tantum numerum legis, vel capituli, sed etiam initialia verba citare consuevit v. g. cap. antigonus 1. de Pall. l. non omnium 20. ff. de Legib. ut nempe tum memoria juretur in retinendis textibus; tum etiam errores, qui sæpenumerò sunt in citationibus, emendantur.

CAPUT II.

De Objecto Jurisprudentiæ Canonico-Civilis.

Commune Philosophorum effatum est, habitus ab objecto, circa quod occupantur, speciem & naturam emutare. Unde ut Jurisprudentiæ nostræ species & natura ad vivum, ut ajunt, depingatur, oculos in illius objectum in præfenti capite figemus; justitiam tamen, tanquam objectum formale, penitus contemplaturi.

SECTIO I.

De Justitia in genere.

SUMMARIUM.

1. Justitia etymon. 2. & 3. Homonymia. 4. Est virtus. 5. Moralit. 6. Ad alterum directiva. 7. Ad jus suum cuique tribuendam. 8. Est voluntas casualiter. 9. Constant & perpetua. 10. & seqq. Jus suum. 15. Cuique tribuendi. 16. Justitia communiter est quadruplex. 17. & seqq. Argumenta præferuntur contra definitionem justitiæ, tanquam non univocam. 23. & seqq. Alia definitio suggeritur, & impugatur. 26. & seqq. Nova definitio præfertur, & sub incudem vocatur. 31. Justitia requirit alteritatem personarum. 32. & seqq. Ostenditur, quæ ratione non deat justitia inter patrem & filium, dominum & servum & c. 37. An deat justitia inter DEUM & hominem? Remittitur. 38. & seqq. Recensentur effectus justitiæ. 41. & seqq. Sola justitia vindicativa fundat obligationem restrictionis.

§. I.

Quid sit Justitia?

1. Justitia, vel ab eo, quod vim sistat, dicta, vel potius ab eo, quod jus alteri sistat, appellata, subinde capitur genericè; nonnunquam 2. specificè. Genericè capitur, quando virtutes cæteras complectitur, ac ille, qui suas actiones cum præceptis Divinis & humanis conformat, justus nuncupatur: quæ significatio SS. paginis est utilissimè. Specificè capitur, quando virtutem specialem, quâ inclinatur ad jus suum cuique tribuendum, denotat: quæ significatio nobis est accommoda.
3. Itaque justitia, specificè sumpta, est I. virtus specialis: cum enim virtus sit habitus, inclinans ad rectitudinem seu conformitatem cum natura intellectuali, justitia, quæ inclinatur ad rectitudinem & conformitatem juris cuique tribuendi, naturæ intellectuali & sociali maximè conformem, justissimè choro virtutum adscribitur. Illustriss. D. Augustinus Reding Theol. Scholast. ro. 12. q. 1. art. 1. contr. 1. n. 3.
4. II. Justitia est virtus moralis. Nam justitia movet voluntatem ad operationes juxta debitum & jus alterius ritè exercendas. Atque virtus ejusmodi dicitur esse moralis. Ergo & c. D. Reding cit. l. n. 3. & 5.
5. III. Justitia est virtus ad alterum. Siquidem non sistit in sola operantis perfectione, sicuti v. g. temperantia vel fortitudo; sed eundem in ordine ad alios, in humana societate conviventes, perficere satagit, sicuti v. g. pietas, & obedientia. D. Gletle Jurisprudent. fundam. lib. 1. tit. 1. cap. 5. §. 1. n. 3.
6. Definitionem justitiæ Justinianus Imperator in pr. Inst. de f. & f. & Illipianus JCtus in l. justitia 10. in pr. ff. eod. sic efformant, quod sit constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. Consentit Aristoteles cum Philosophis, & D. Thomas cum Theologis, ut meminit Illustriss. Reding cit. l. n. 1.
7. Dixi I. constans & perpetua voluntas. Ubi præcipuis notandum, voluntatem hic non accipi formaliter, quasi scilicet ipsamet justitia esset voluntas identicè; sed casualiter, quatenus actus justitiæ imperantur à voluntate; vel quatenus justitia voluntatem inclinatur ad tribuendum cuique, quod suum est. Reding cit. l. n. 2. Clariff. P. Mezger Theol. Scholast. ro. 11. dist. 23. art. 1. n. 2.
8. Deinde observandum, voluntatem hanc firmam & perpetuam esse debere, non subjective & effectivè, sed affectivè & objectivè, conjunctam nempe cum efficaci proposito, cuiuslibet semper præstandi, quod debitum est. P. Mezger cit. num.
9. Dixi II. jus suum. Quæ verba tanquam differentia, & objecti formalis justitiæ expressiva, distinguunt justitiam tum ab aliis virtutibus, quæ non tendunt ad alterum, aut jus alienum adæquare vel compensare satagunt; tum à virtutibus, ad alium ordinatis, quæ quidem respiciunt jus alienum, sed non tanquam suum, ac pro libitu creditoris abdicabile.